

de vigiliis ex altera parte. Idem frater Iohannes procurator predicti domini abbatis asseruit, quod idem dominus Abbas *etc.* Actendens dictum Monasterium, habere Petias duas terrarum cum omnibus Arboribus olivarum et aliis arboribus cuiuscumque generis stantibus in eis, que sunt in territorio Civitatis Melficte in loco ubi dicitur Salandum, quarum una est ab oriente iuxta olivas filiorum *qd.* Petrelli passari de Melficta, a meridie iuxta Curtem predicti falci falconi, ab occidente iuxta terras et olivas predicti falci falconi et a septentrione iuxta olivas Episcopatus Melficte, et alia est ab oriente iuxta olivas predicti falci falconi, a meridie iuxta terras et olivas Ecclesie Sancte Margherite de Melficta, ab occidente iuxta terras Sancti Primi, et a septentrione iuxta Curtem predicti falci falconi et alias confines, steriles et incultas quasi nullum comodum dicto domino Abbatii dicti Monasterii afferentes, et a possessionibus dicti Monasterii satis remotas, disposuit pro utilitate et comodo suo et dicti Monasterii res mutare eadem et pro ipsis recipere in vicariam seu permutationem res proximitatis et convicinitatis aliis possessionibus dicti Monasterii *etc.* et propterea requiri fecit, plures homines Civitatis Melficte et Civitatis Vigiliarum habentes possessio-nes vicinas et quasi contiguitatis aliis possessionibus dicti Monasterii, si vellent eas permutare cum eodem domino Abbatie *etc.* ob quam requisitionem compa-ruit, coram ipso domino Abbatie predictus falcus falconus, habens possessiones suas permutare *etc.* in vicariam, seu permutationem, subscriptas res suas videlicet: Petias suas terrarum cum omnibus arboribus olivarum in eis stantibus, que sunt in territorio predicte Civitatis Melficte quarum una est in loco Criptarum iuxta olivas Martini Angeli de Thomasio, et iuxta olivas Iudicis Iohannis de Silurro, et iuxta Criptam que dicitur de sire Exceltio et iuxta olivas Sancte Margherite, et alia est in loco lame petrone Iuxta olivas Episcopatus Melficte, quas tenet in beneficium abbas Petrus falconus Archidiaconus Melficte iuxta olivas Iudicis Iohannis predicti, de Silurro, et iuxta olivas Iohannis feste pro uxore, Item Peciam unam terrarum cum arboribus olivarum quinque que est in predicto loco lame Petrone de territorio dicte Civitatis Melficte, Iuxta olivas domini francisci lyoni de Vigiliis prothontini vigiliarum, iuxta olivas predicti Iudicis Iohannis de Silurro, iuxta olivas quas tenet in beneficium predictus abbas Petrus falconus Archidiaconus Melficte et alias confines. qua oblatione facta per eumdem falcum falconum et audita ab ipso domino abbate. Idem dominus Abbas commisit eidem fratri Iohanni in perficienda permutatione predicta totaliter vices suas, ac plene constat, per patentes licteras ipsius domini abbatis, eius Sigillo consueto et cognito in cera viridi Sigillatas quas vidimus et legimus diligenter et erant per omnia continentie subsequentis videlicet. Nos frater Salomon humilis abbas Mo-nasterii Sancte Trinitatis de Monte Sacro *etc.* (*dà il mandato al*) frater Iohannes de Vestis, monachus, prior ecclesie Sancti Iacobi de Barolo subditus noster (*per l'esecuzione della permuta con*) falcus falconus de Vigiliis *etc.* Datum apud Monasterium sancti Angeli decimo februari Terciedecime Indictionis *etc.*